

saccum tuum coriaceum doliolumque monstrabit. Ejus enim fidei omnia libenter permisi. Si Noriberga ad me saepius scripseris, colligam te tibi similem esse. Valde autem te hortor, ut personam comitate tuearis: æquales diligas. Bene vale & saluta Nobilem Fridericum Tecelium, (f) Gabrielem Imhoff. (g) Præcipue vero Avum tuum maternum. (h) Postridie discessus tui, Ser. d. 3. Iuli. Vxor mea & liberi prosperum redditum tibi precantur.

Tuus ille ἐργοδώκης
J. Grynæus.

EPISTOLA II.

S Credo meas aliorumq; literas, una cum libris manuscriptis accepisse a Wirsin.

A 3 gio.

suæ domicilium postea Heidelbergam elegit, ibidemque 1571. obiit.

(f) Jodoci filius, Friderici nepos, Jodoci pronepos, Georgii abn. ex antiqua & patria gente Norib. natus 1556. Reipublicæ Senator factus 1579. postea septemvir & denique 1610. Duumvir, qua præclara statione obiit 1612. 23. Octobr.

(g) fuit filius Seb. Imhoff. n. 1556. obiit Roma 1581. d. 25. Jan. Conf, de hoc tab. II. Genealogica Gabr. Bucelini in Colum. II. Germania & Topo-Chrono-Stemmatographica, ubi de familia Imhoffiana pluribus agit.

(h) Erat Andreas Imhoff, de anno 1572.